



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Quæst. I. Quandonam Christus Dominus instituit Sacramentum  
Penitentiæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**

6 TRACTATUS VI.

CAPUT II.

De Institutione & necessitate Sacramenti Pœnitentiæ.

Quest. 1. QUANDO NAM Christus Dominus instituit Sacramentum Pœnitentiæ?

Resp. Huic quæstioni satisfacit Concilium Conc. Trid. Tridentinum his verbis: *Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè instituit, cum è mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Conc. Trid.  
se l. 14. cap.  
1.

Quest. 2. Quomodo probari potest, necessarium esse confiteri peccata sua Sacerdoti ad hoc ut aliquis possit recipere absolutionem in Sacramento Pœnitentiæ?

Resp. Hoc probatur primò, ex eo quod dicitur Act. 19. versu 18. *Multique credentium veniebant, confitentes, & annuntiantes actus suos: Et in Evangelio S. Matthæi, cap. 18. v. 18. Jesus-Christus Dominus noster sic loquitur Apostolis: Amen dico vobis, Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælo; & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo. Sic autem Divus Hieronymus explicat hæc verba Domini nostri Jesu Christi: Episcopus & Presbyter, non eos qui insontes sunt, vel noxii: sed pro Officio suo cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus.*

S. Hieronymus in cap.  
16. Matth.

Sanctus Basilius expressè declarat, quod omnes Fideles tenentur confiteri peccata sua.